

D. D.

24/11/11

18.

# MACCELLUM OLITORIUM,

QUOD

CONSENS. EXPERIENT. FACULT. MEDICÆ  
IN ILLUSTRI LYCEO UPSALIENSI,

113

B5

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO *Atque* EXPERIENTISSIMO.

DN. DOCT. CAROLO  
LINNÆO,

EQUITATE AURATO DE STELLA POLARI,

S:Æ R:Æ M:TIS ARCHIATRO,

MEDIC. ET BOTAN. PROFESSORE REG. ET ORD.

ACAD. SCIENT. UPSAL. HOLM. PETROPOL. BEROL.

IMP. NAT. CUR. LONDIN. MONSPEL.

FOLOS. ET FLORENT. SOCIO.

PUBLICÆ ERUDIT. CENSURÆ SUBMITTIT  
*STIPENDIARIUS REGIUS.*

PETRUS JERLIN,

SUDERMANNUS.

IN AUDITORIO CAROL. MAJ.

AD DIEM ~~XII~~ DECEMB. ANNI MDCCCLX.

H. A. M. S.

HOLMIÆ,

LITERIS DIRECT. LAURENTII SALVII.

A  
MONSIEUR LE COMTE  
AXEL  
FERSEN,  
a present Marechal de la Diéte  
du Royaume de Sved  
Et  
Lieutenant General aux Armées de Svede,  
Colonel du Regiment aux Garde,  
Commandeur de l'Ordre Militaire.

# MONSIEUR.

**A**yant consideré la grace et les Faveurs, dont, Vous m' avez comblé, je me trouve incapable, d' exprimer la respectueuse reconnaissance, que je Vous dois. Vous etes; Monsieur, l'unique Source, d'ou les progrés de mes études, et la primiere origine de ma bonne fortune, sont de decoulés. Votre illustre Famille aussi bienque Vous Monsieur, avez toujours eu le plus grand soin pour le bien Etre de mes tres chers Parens. Sous-frés Monsieur je Vous supplie, que j'ose Vous remoigner l' obligation la plus humble, que je Vous ai. Dieu veuille repandre sur Vous et sur Votre illustre Famille tous les biens desirables, et que Vous puissiez compter le cours de Vos années, des plus heureux. Ces sont les voeux ardents, que je ne cesserai d' adresser a Cet Etre Supreme. Je Suis avec un profond respect

MONSIEUR

Votre très hnmble et très  
obeissant Serviteur.

PIERRE JERLIN.

VIRO.

ADMODUM REVERENDO atque PRÆCLARISSIMO  
DOMINO, MAGISTRO

THOMÆ JERLINO,  
PASTORI in Utter - Sållö

VIGILANTISSIMO  
PARENTI INDULGENTISSIMO.

**V**itæ præsentis usura, fundamentum est omnis felicitatis, Tibi, Parens Optime, quod vivo, plura refero accepta, quam mente unquam concipere possim. Te enim post Deum, habeo statorem lucis, et, cum luce, reliqua vivendi præsidia, quæ, pro ratione usus aucta ampliataque, mihi fideliter adhæsere, inde ab ipsis incunabulis. Tuo, inquam, sudore, Tuis curis atque vigiliis, ad hunc usque diem succurrere mihi licuit. Adest tempus, quo æquitas ipsa Tibi adjudicaret impensarum fructus, sed doleo illos esse exiles et parum responsuros vel Tuis promeritis, vel meo, quo ferveo, animo gratissimo. Interea adquiescas, Parens Honoratissime, humillime quæso, in tenuibus hisce primitiis, quas offero, donec ætas siverit matutior in Musarum hortis colligere, ac reverentiae pignora Tibi offerre præstantiora. De cetero supplex Numen imploro, ut salvus diu vivas, cum Matre carissima, in tutelam plurium filiorum et totius nostræ Familiae. Futurus dum spiritus adest.

OPTIMI PARENTIS

*Filius obedientissimus*  
PETRUS JERLIN.

WÄLÄREWÖRDIGE OCH WÄLLÄRDE  
HERREN,  
**HERR CARL JERLIN,**  
MYCKET BERÖMLIGE COMMINISTERN  
*Wid Svärtuna Förfamlig,*  
Samt  
ÄDELE OCH HÖGACHTADE  
HERR ASSISTENTEN  
*Wid Stockholms Stads Högtårade Handels-Collegium*  
**LORENTZ GUSTAV JERLIN,**

MINE GÜNSTIGE HERRAR FARBRÖDER!

**O**m naturen giör ingen ting förgäfves lärer förmödeligen Blods-Bandet hos Eder mine kaste Farbröder, gifwa mig frihet, at sättja Edra Namn för detta mitt ringa arbete. Men jag har ännu mera andledning, ndr jag estersinnar, huru om det Itagit i mitvdl. Eder til hörer då med retta förstlingen af min ungdoms blomma, som jag nu framgiswer, såsom en säker pant af min beständiga erkiansla och förbindelse, anses then med lika benägenhet och ymnest, som jag förut altid haft lyckan at åga, är min önskan wunnen, och jag skall altid bedja Försynen, at Er tid må grönkas, och således fornöja alla vådra anhöriga. Framhårdar i öfrigkeit med wördnad.

MINE GÜNSTIGE HERRAR FARBRÖDERS.

ödmjukaste tienare.

**PEHR JERLIN.**



ACELLO  
PERI  
D. D.  
LORI



**M**ACELLUM veteribus dicebatur Forum illud, in quo omnia ciborum genera venalia prostabant, hominum nutrimento inservitura, et Varro dicit: quod Forum *Olitorium* erat id, ubi vegetabilia elculenta habebantur venalia; sic nos per Macellum Olitorium ea intelligimus vegetabilia, quæ ad hominum cibos, nutrimentum et sustentationem consumuntur.

Prius quam Medici incipiebant distincte et accurate tractare simplicia, Materia eorum Medica maxime obscura erat; cum Materia Elculentorum non minus est necesse

necessaria, debet et illa pari solertia pertractari dilucideque describi.

Plurium in votis fuit, ut, postquam Res Herbaria, eam obtinuisse lucem, quam nunc possidet, clara descriptio Materiae Eculentorum, quæ e Regno Vegetabili desumitur, traderetur, quo enumeratas haberemus istas Plantas, quæ communiter ad victimum conducunt, et has præcipue, quæ apud nos, in ejusmodi usum, et possunt et debent plantari.

Propter ea in hoc specimine mihi proposui culinares sistere plantas, et in adpropriatas redigere Classes; cum vero harum aliæ proprie alimentares sunt, aliæ tantum condimenta dici debent, posteriores in hac tractatione omisi, ne diverso scopo inservituras miscerem.

Ex tot millibus Plantarum, quibus Creatori placuit globum terraquum instruere, perpaucas tantum modo observavi hominis sustentationi adoptatas, quas hisce in pagellis enumeravi; lubens equidem concedo, quod et in nostris et in exoticis terris multæ aliæ occurrant plantæ esculentæ, quibus urgente annonæ caritatæ, loco ciborum possumus uti, cum vero hæ vel minus lapidæ, vel adhuc non multum usitatæ sunt, eas prætermisi. Qui itaque plurium indigenarum desiderat cognitionem, potest evolvere Dissertationem de Plantis Eculentis Patriæ.

Evitare non potui, quin heic varias exoticas recipere Plantas, cum harum variæ recentiori ævo,

nostros in Hortos sunt introductæ, ut limites inter mere exoticas et eas, quæ apud nos in Hortis civitatis obtinuerunt jus, reperire difficile sit; at iterum cum in exoticarum enumeratione occupatus fuissim, potiores tantum adhibui, quæ apud plurimos Auctores Botanicos et Peregrinatores, qui de Eiculentis scripserunt, commemorantur.

De cetero, omnibus determinata *Nomina genericæ* et *specifica* adscripti; adjeci, qua parte *orbis* Planta quævis sponte crescit; addidi durationem, *annua*, *biennis* vel *perennis* sit; brevi deinde indicavi, quomodo communiter in usum recipitur, et denum eadem brevitate de ejus *viribus* et *usu* mentionem feci; denum Plantas meas, secundum earum partes, quibus in culinis utuntur, in ordinem redigi, ut *Radicis*, *Caules*, *Folia* et *Fructificationes*, at aliis reliqui, pari methodo numerosos illos plantarum enucleare fructus, qui Hominibus, variis in locis, in alimentum cedunt, cum arctis inclusus cancellis, brevitati studere debui.

## CLASSIS I.

# RADICES FUSIFORMES.

1. BRASSICA *Rapa*, Rofva, europæa, biennis.  
cicur.

Editur cruda, cocta, tosta; acuitur aromatibus.  
Carnes generat laxiores; Humores mitiores; alvum  
apertam servat.

Flatulenta, facit insomnia; nocet Hystericis et Puer-  
peris.

Cibus antiquissimus; Romulo quondam in deliciis,  
hinc *Martialis*. Has tibi brumali gaudentia  
frigore Rapas, quæ damus in cœlo Romulus esse  
folet.

2. BRASSICA *oleracea*, Napo - BRASSICA, kålrot,  
europæa, biennis, cicur.

Editur cocta et in jusculis, præcedenti durior.

Viribus cum præcedenti convenit.

3. BRASSICA *Napus*, Gothlands - Rofva, euro-  
pæa, biennis, Gothlandica.

Editur cocta, præcedentibus sapidior. Vires præ-  
cedentium, sed magis aphrodisiaca creditur.

4. DAUCUS *Carota*, Morot, europæa, biennis.  
cicur et spontanea.

Varietas *lutea* frequens; *alba* spontanea; *rubra*  
rarior.

**E**ditur cocta cum pipere et butyro, cum jusculis carniū; Pisīs; Pilcibus.

Commendatur Hystericis, Phthisicis; cruda pueris verminantibus conducit. E: N: C: 1730. p. 449.

5. **PASTINACA sativa**, **Palsternack**, europaea, biennis, cicur.

Editur ut præcedens, primo vere dulcior. Romano-Catholicis sub quadragesima frequentissimus cibus.

Nutrit magis quam Rapa dulciorque, minus flatulenta; Diuretica.

6. **SCORZONERA hispanica**, europaea, biennis, cicur.

Editur more sequentis, saepe cum embemmate acidulo humores purgat, sapida.

7. **TRAGOPOGON pratense**, Salsophi; europaea, biennis, spontanea.

Editur ut Asparagus, cuius etiam saporis, sed magis amaricans.

Nutrit ut Asparagus, humores blandos reddit eosque purgat.

8. **BETA vulgaris rubra**, Rorbeta, europaea, biennis, cicur.

Editur cocta, saepius aceto condita, ruberrina veteribus ignota.

Fatua per se, præparata acetariis adnumeratur.

9. **CAMPANULA Rapunculus**, europaea, biennis, subcicur.

Editur dulcissima, tam cruda in acetariis, quam cocta ut Asparagus cum pipere.

Appetitum roborat; Lac auget.

**10. CARUM** *Carvi, cummin, europaea, biennis,*  
spontanea,

Editur in Anglia more Pastinacæ et Dauci, nobis  
nondum usitata.

**11. APIUM** *Petroselinum radicosum, Rotpersilja,*  
europaea, biennis, cicur.

Editur et sapit fere ut Pastinaca; in Svecia præstan-  
tissima.

Nutrit egregie; Diuretica.

**12. SIUM** *Sisarum, Soeter-Rot, europaea, peren-*  
nis, cicur.

Editur more asparagi et in jusculis omnium dulcis-  
sima.

Nutrit egregie; humores edulcorat; Aphrodisiaca.

*Tiberius radicem nobilitavit, flagitans omni-*

*bus annis e Germania Gelduba.* (Gelb ad arcem

*Limen.) Plin.* rarius nostris in usu, nec ut Joh-

Bauh. hist. l. 27. c. 63.

## TUBEROSE.

**13. BUNIUM** *bulbocastanum, europaea, biennis*  
cicur.

Editur cruda et cocta; Castaneum sapit; incoqui-  
tur carnium jusculis decorticata cum pipere.  
Savissima; Aphrodisiaca.

**14. LATHYRUS** *tuberosus, Jord-møt, europaeus,*  
perennis, cicur.

Editur cocta, decorticanda, calida cum butyre.  
Belgis usitatus, nostratisbus etiamnum rarer.

- Siccior, nutrit solide, corroborat alvum.
15. CYPERUS *esculentus*, europæ australis et Africæ, peregrina.  
Editur frequenter in Africa, nostratis non innotuit.  
Dura, siccior, dulcis saporis, et magnitudine Castaneæ.
16. HELLIANTHUS *tuberosus*, Jord. art. Stuck,  
Americæ borealis, tuberosa, cicur.  
Eduntur tubera decorticata in jusculis vel per se cum pipere.  
Nutriunt egregie etjam laboriosos laudabili alimento.
17. SOLANUM *tuberosum*, peruviana, tuberosa, hyeme mansveta.  
Editur ab Americanis sub cineribus assata; a nobis vero cocta, et in jusculis.  
Acidum spontaneum domat; copiosior generat infarctus americanis  
Planta ipsa virosa est; Tubera repuuntur a Suibus.
18. DIOSCOREA *sativa*: *bulbifera* (jhame) indiis utrisque, tuberosa, peregrina.  
Editur assa, et in taleis siccata, pro pane, apud jndos.  
Siccior optime sapit et frequens illis est.
19. CONVOLVULUS *Batatas*, indiæ occidentalis,  
tuberosa, peregrina.  
Editur assa iub cineribus, coctione rubicunda evadit.  
Sapor præcedentis, etjam ergastulorum cibus indis.  
Tubera per hyemen ab omni humido studiose præservanda.
20. ARUM *Colocasia* et *esculentum*, Africæ et Americæ, peregrinæ, feræ.

Edi-

Editur cocta in dupli aqua vel assata.

Cruda acerrima, corrosiva et lethalis.

Nutrit egregie, sapidissima omnium fertur.

21. LYCOPERDON *Tuber*, europæum, subterre-  
stre, indigenum.

Editur coctum cum aromatibus; nostrum parvum  
est; subterraneum inquiritur edocis canibus et  
suibus. Nostratisbus non dum in usu receptum.

Aphrodisiacum creditur valentissimum.

## CLASSIS II.

# CAULES. TURIQNES.

22. ASPARAGUS *officinalis*, Sparris, europæa,  
perennis, spontanea.

Editur *altilis*, celeriter coctus, cum butyro, sale,  
pipere.

Albus mollis, succosus, egregie nutrit, Aphrodi-  
siacus.

Calculosis noxiis urinam foetidam reddit.

23. SMILAX *aspera*, orientalis, fruticosa, man-  
sveta.

Editur in acetariis, frequens Constantinopoli. *Bellon. itin.* 203.

24. TAMUS *communis*, europæa, peregrina, cicur.

Editur more præcedentis in Oriente. *Bellon. itin.*  
203.

25. ARCTIUM *Lappa*, europæa, biennis, indigena.  
 Editur decorticatus seu crudus cum sale et pipere;  
 seu coctus ut Asparagi. Australibus in usu, no-  
 bis nondum;  
 Diuretica mundificans; urinam albam tingit.
26. CYNARA *Cardunculus*, Africæ, peregrinus.  
 subcetur.  
 Editur more Asparagi, forte veterum *Carduus* cu-  
 linaris.  
 Tollit Hircum axillarum foetoremque oris; urinam  
 foetidam reddit.
27. ERYNGIUM *maritimum*, et Manna Kraft, eu-  
 ropæa, perennis, indigena.  
 Editur more Aspargi, grato sapore.
28. CHENOPODIUM *Bonus Hinricus*, europæa,  
 peregrinis, indigena.  
 Editur decorticata, primo vere, in primis ab  
 Anglis.  
 Fatua acutur aromatibus; Ecoprotica.
29. SONCHUS *alpinus*, lapponica, annua, cicur.  
 Editur decorticatus, crudus, a Lapponibus.  
 Americans, gratus aquæ potatoribus.
30. ANGELICA *Archangelica*, *Angelika*, alpina,  
 perennis, cicur.  
 Editur decorticata, cruda.  
 Minus americans, grata Lappis.
31. EPILOBIUM *angustifolium*. europæa, peren-  
 nis, indigena.  
 Edi possunt more Asparagorum.  
 Nostratisbus nondum usu recepti.

32. HU-

32. HUMULUS *Lupulus*, Humle, europæa, perennis, indigena.

Eduntur siccati, cocti; in primis a Belgis.

Creduntur mundificantes.

## PANICULÆ.

33. PORTULACA *oleracea*, Portlaka, orbis 4 partium, annua, cicur.

Eduntur cocti cum oleo, aceto, vel imbuti aceto vel in jusculis.

Succosia deo ut ex libræ I. planta, vix solidi drackma I. Depurant, sanguinem refrigerat, restituit ventriculum, solvit concretiones tartareae.

34. BRASSICA *oleracea: selenisia*, Bråkåhl, biennis, cicur.

Eduntur cum oleribus, sapidissimi, succosi, molliissimi.

35. BRASSICA *oleracea: botrytis*, Blomkåhl virginica, biennis, cicur.

Eduntur cocti in oleribus vel per se cum butyro et aromatibus.

36. BRASSICA *oleracea: gongylodes*, biennis, cicur

Editur more Brassicæ Napo-Brassicæ decorticata.

Sapidior Brassica, dulciorque.

## DISCI.

37. CYNARA *Scolymus*, Kion-Artſock, africana, perennis, subeicur,

Flos

Flos nondum efflorescens cum calicibus ex embemmate acidulo.

Nutrit egregie sedentarios; aphrodisiaca, urinam violaceo odore inficit.

Novitium, Harmolai Barbari ætate innotuit europæis.

38. CARLINA *acaulis*, europæa, perennis, manœvra.

Editur uti præcedens; minus usitata.

39. ONOPORDON *Acanthium*, europæa, biennis, indigena.

Edi potest discus more præcedentium. *Boem. Lips. 180.*

40. HELIANTHUS *annuus*, Sosibouma, americana, annua, cicur.

Editur ut antecedentes, sed siccior, inusitata.

## FUNGI.

41. FUNGI varii *Agarici*, *Hydnæ* etc. selecti, indigeni.

Eduntur cocti cum pipere et butyro.

Anceps cibus caute feligendus est; alimentum vix laudabile subministrant; nostratisbus neglecti læpius.

Novitium: *Lapides fungiferi* in cellis aliquamdiu terra operti, subinde aqua tepida irrigati, intra quatriduum fungos, toto anno, ferentes. *Mutthiol.*

CLAS-

## CLASSIS III.

FOLIA.  
OLER A.

42. BRASSICA *oleracea*, Blätkahl, biennis, europea, cicur.

Varietates *rubra*, *capitata*, *sabauda*, *laciniata*, *sabellica*, *viridis*.

Editur in jusculis cum pingvi frequentissimus cibus. Viatum tenuem per se subministrat et alcalefcentem; inflat.

Syrupus frigide paratus, Raucedini, Catarrhis succurrit.

*Acidulus*, Sutkahl, concisus, Anetho, Cumino, sale mixtus, compactus clausus in dolio tertio die fermentat. *cum Brassica corrumpitur in dolio, vini sapor.* Plin. XIX: 8.

Cibus durus, sapidus, laboriosis praestans.

43. BETA *vulgaris*: Cicla Moldau, europaea, annua, cicur.

Editur more Brassicæ, absque juscule; rarer apud nos in usu.

Alvum apertam fervat, fatua aromatibus acuitur.

Martialis: *ut sapiant fatuae fabrorum prandia Betæ, o quam sœpe petit vina piperque cequus.*

44. SPINACIA *oleracea*, Spinat, tatarica, annua, cicur.

Editur cocta cum butyro et in jusculis frequens.  
Alvum apertam servat loco. Bliti veterum, seculis  
barbaris introducta.

Romano-Catholicis tempore quadragesimæ usita-  
tissima.

45. ATRIPLEX *bortensis*, Målla, tatarica, annua,  
cicur.

Editur cum Brassica vel in jusculis frequens.

Convenit cum præcedenti, seculis barbaris intro-  
ducta.

46. RUMEX *Acetosa maxima*, Spanæ Syra, al-  
pina, perennis, cicur.

Editur in jusculis vel embemmate acido.

Refrigerans; lapponibus cum laete frequens.

47. RUMEX *scutatus*, Romeræ Syra, europæa,  
perennis, circur.

Convenit cum præcedenti, sed rarer ob folia parva.

48. SCANDIX *Cerefolium*, Kyrfivel, europæa, tri-  
mestris, cicur.

Editur in jusculis et placentis, dulcis.

Sanguinem resolvit et mundificat; obstrunctiones  
tollit; lac auget.

49. SCANDIX *odorata*, Spanæ Kyrfivel, norve-  
gica, perennis, cicur.

Editur cum oleribus vernis, frequens nostratibus.

Convenit sapore et viribus cum præcedenti.

50. CNICUS *oleraceus*, europæa, perennis, indigena.

Editur loco brassicæ a Rithenis.

51. HYPOCHOERIS *maculata*, Fructil, europæa,  
perennis, indigena.

- Editur more Brassicæ interdum a Smolandis.
52. PRIMULA *veris*, Orrlägga, europæa, perennis, indigena.  
Edi potest more præcedentium, nostris non recepta.
53. SINAPIS *arvensis*, Åcker-Senap, europæa, annua, indigena.  
Editur urgente annonæ caritate loco præcedentium.
54. MALVA *rotundifolia*, Rattost, europæa, annua, indigena.  
Edebatur a veteribus, Pythagoræ folium sanctum, sed eviluit hodie.  
Alvum apertam servabat veteribus, durioribus cibis contenti.
55. ANCHUSA *officinalis*, Örtunga, europæa, perennis, indigena.  
Eduntur folia primo vere, in oleribus uplandiæ.  
Vilior est.
56. RANUNCULUS *Ficaria*, europæa, perennis, indigena.  
Eduntur folia in oleribus vernis uplandiæ.  
Minus laudabilis cibus.
57. URTICA *dioica*, Nåßla, europæa, perennis, indiginea.  
Eduntur folia tenera tantum primo vere in oleribus.  
Apud nos frequentissima.  
Diuretica, mundificans, vietum tenuem subministrans.

58. BORAGO *officinalis*, Stoffer blomma, europaea, annua, cicur.  
 Edebatur Buglossum veterum quondam, nunc eviliuit.  
 Credebatur lætificare cor, sed perperam.
59. PHYTOLACCA *americana*, virginica, perennis, subcicur.  
 Editur tenella primo vere a virginicis.  
 Adultior venenata est teste D. Kalmio.
60. AMARANTHI *plerique*, asiae, annuae, cicures.  
 Eduntur folia in jusculis ab Indis teste Rumphio.

## ACE T A R I A.

61. LACTUCA *sativa*, Lacktuk, europaea, annua, cicur.  
 Editur cruda cum oleo, aceto, sale, et sape vittello ovi frequentissima.  
 Refrigerans æstate, obstrunctiones tollit herba sapientum veterum Galeno.  
 Venerem minuit mortuorum cibus Eubolo Comico, hinc eviluit;  
 Curato vero ea Augusto a Musa, auctoritatem recuperabat.  
 Somnum provocat gratianobilium requies Lactuca ciborum Virg.  
 Edebatur itaque omni vespera sub Augusto; quod de se ipso fatetur Galenus.  
 Appetitum facit; hinc sub Domitiano in initio prandii assummebatur, unde Martialis,

*Claudere quæ cœnas solebat Laetitia avorum,  
dic mihi cur nostras inchoet, illa dapes.*

62. VALERIANA *Locusta*, *Winter-Rapunts*, euro-  
pæa, annua, indigena.

Eduntur folia primo vere lecta, nuper usu recepta  
nostratibus.

Humores acres corrigit, uti *Laetitia*.

63. CICHORIUM *Endivia*, europæa, biennis,  
cicur.

Eduntur folia humata colligata. Italorum inventum.  
Purgat sanguinem per urinas, eccoprotica.

64. CICHORIUM *Intybus*, europæa, perennis, cicur.  
Editur ut præcedens, iisdem viribus.

65. LEONTODON *Taraxacum*, (Pisenlit) euro-  
pea, perennis, indigena.

Eduntur folia erumpentia e terra, ad huc alba.  
Insingne diureticum et hinc mundificans.

66. SCORZONERA *picroides*, europæa, perennis,  
mansveta.

Eduntur in oleribus et acetariis Monspelii D. Sau-  
vages.

67. SEDUM *reflexum* et *rupestre*, Berg. Knoppas,  
europæa, perennis, indigena.

*Varietas fasciata*, turculis propagata, frequentior.  
Editur utrumque in acetariis et oleribus, vulgatissimo  
in usu Hollandis.

68. VERONICA *Deccabunga*, europæa, perennis,  
indigena.

Editur in acetaris tempore verno a Silesiis Schwenk.  
fil. 18.

Iners est.

69. ERYSIMUM *Barbaræa*, Winter-Krasse, europæa, biennis, indigena.

Editur imprimis vere et autumno apud nostrates.  
Antiscorbutica, sed duriuscula.

70. LEPIDIUM *Nasturtium*, Krasse, europæa, annua, cicur.

Editur mixta Lactuca. vel foliis nuper erumpentibus.

71. SISYMBRIUM *Nasturtium aquaticum*, Tiall-Krasse, europæa, biennis, cicur.

Editur in acetariis præcipue per Germaniam, sed acrior.

Antiscorbutica præstantissima.

72. COCHLEARIA *officinalis*, europæa, annua, cicur.

Editur in acetariis, sed acris, recepta valetudinariis.

Scorbuticis, cachecticis egregia.

73. APIUM *graveolens*, (Cellerie) europæa, biennis, cicur.

Editur radix, cum stipitibus albis in cella tervata,  
a gulæ doctis.

Subtetra, sed cultura edulcorata.

Noxia nervinis morbis laboranribus, veteribus in  
epulis feralibus.

74. ARTEMISIA *Draco*, Dragon, tatarica, perennis, cicur.

Editur cum Lactuca instar condimenti, dulcis,  
acris.

75. PO-

75. POTERIUM *Pimpinella*, europaea, perennis,  
cicur.

Eduntur folia mixta reliquis ad acuendum saporem,  
qualem etiam vino infusa præbent.

#### *CLASSIS IV.*

76. TROPÆOLUM *majus*, Indianiss. Kraßse, pe-  
ruviana, annua, cicur.

Eduntur flores mixti Lactuca, pro sapore et co-  
lore grato.


Subacris, antiscorbutica.

77. CAPPARIS *spinosa*, Capris, europaea, fruti-  
cosa, mansveta.

Flores aceto conditi pro acetariis substituuntur.

Hypochondriacis, Spleniticis, Paralyticis com-  
mendati.

#### S. D. G.



# MON CHER COUSIN.

**Q**vand Vous alles donner au Public un agreable fruit de vos premiers travaux, Mon cher Cousin, je ne suis pas asses de sang froid pour en cacher ma grande joi; qui me pourroit donc empêcher d'un plaisir si vif que de Vous feliciter a ce Sujet la? C' est ce que je fait de tout mon coeur, en vous souhaitant une heureuse continuation des etudes si bien commencées, aussi bien qu' une juste recompense pour l'avenir, losque Le Public ne pourra qu' applaudir a vos ouvrages consommés: Je Svis

MON CHER COUSIN

Votre affectionne Serviteur  
CHARLES JERLIN.